

Achillini, Alessandro. Alexandri Achillini Bononiensis de potestate syllogismi ; De subjecto medicinae. 1990.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'œuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :

\*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.

\*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés de fourniture de service.

Cliquer ici [pour accéder aux tarifs et à la licence](#)

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

\*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés sauf dans le cadre de la copie privée sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.

\*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source Gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue par un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter [reutilisation@bnf.fr](mailto:reutilisation@bnf.fr).

**Alexãdri Achillini bononiẽsis**  
**De potestate syllogismi**  
**De subiecto ⁊ De**  
**dicine.**

**Alexander Achillinus Virgilio porto Mutinensi. discipulo haud peni-  
tendo fœlicitatem.**

**Ostra quædam fragmenta (:ut moris eorū est:) Virgīlii mi am.ī  
n tissime diligentem eorum collectorem adēunt. Tu enim urba-  
nitate/et uirtutibus/et doctrina is es/quem iter cæteros nobis di-  
lectos/elegi/apud quem aptissime reponantur: te enim semper cognoui  
nostri nominis studiosum: logicalia quidem alios edocebis: medicinalia  
uero exacte (:ut affoles:) contemplaberis: ex quibus non minus gloriæ  
Alexandro tuo aurigante te iam iam comparaturum existimo / q̄ hactel-  
nus ex poeticis muneris adeptus sis. Hæc igitur nostris aliis /quæ apud te  
sunt adiungas: Vale: et libenter res nostras perlege.**

**Alexandri Abillini Bononiensis de  
prima potestate syllogismi.**

**TRIA** se plare con-  
cludere sic potest syllogismi.

**Solvendo** sunt tres articuli.

In primo quedam fundamenta  
subiciam. In secundo responde-

bo ad quæsitum. In tertio dubia quedam sol-  
vam.

**Quantum** ad primum præmitto quod ad ali-  
quam conclusionem inferendam aliquando  
vna propositio sumitur. ut in multis non syllogi-  
sticis consequentis facillime invenitur. ut ab in-  
feriori ad superiorem. et aliquando due ut in syl-  
logismo. aliquando plures: ut in inductione mul-  
torum singularium. due propositio nostro requi-  
runtur et sufficiunt. Hæc autem possunt esse ca-  
tegorice: hypoteticæ: et mixtæ. de categori-  
co discursus nunc loquendum. possunt autem hu-  
iusmodi categorice medium habere vniuersale  
maius extremam minorem: et possunt non habe-  
re: de medium habentibus intelligimus. quo-  
niam de vere combinata dicunt: quia due sunt  
et coniunctæ: siue earum copula fuerit affirmatiua  
siue negatiua: siue inter eas ponatur coniunctio  
siue non. Combinationum autem quedam uti-  
lis est ad conclusionem inferendam: quedam  
non. inutiles relinquo. Utilem intelligo nunc  
illam que in omni propositionis materia con-  
clusionem infert. patet ex Averrois primo prio-  
rum. capitulo septimo et obicit primo physico  
rursus commento. 25. In omni materia conclusio co-  
binatio: que in terminis ignote significationis  
vni ueruat illatam nulli enim dabitur est tunc  
illationes tenere merito combinationis extremo-  
rum in medio: et non ratione terminorum qui co-  
binantur. **Correlarium** conuersio in oppo-  
sitam qualitatē non est formalis consequentia: neque  
probans eam esse formalem: et consequenter de  
ea in potestate syllogismi non curamus. **De**  
diu autem quo sic combinatio potest esse ter-  
minus communis. discretus: nunc syllogismum  
resolutorium relinquimus accipientes termini  
communis mediis combinationes: ex his autem  
sic combinatis propositionibus elicere possumus  
determinatas consequentes super quo nostra cogi-  
tatio naturaliter consequens elicita cadit: et tunc  
talem modum arguendi naturalem vocamus:

quæ es sunt quatuor priores modi prime figu-  
re: quatuor secunde et sex tertie: aut non deter-  
minatum consequens elicimus: et tunc talem mo-  
dum arguendi artificialem vocamus: iuxta A-  
verrois primo priorum capitulo septimo arti-  
ficiales etiā vocauit Averrois modos tribus  
figuris communes scilicet sapensmo et friscosm.  
primo priorum capitulo. 12. et quartam figurā  
Galeni dixit et deduxit non esse naturalem. pri-  
mo priorum capitulo quinto. **Ad** diu autem na-  
turales per perfectum et imperfectum diuidun-  
tur etc. **An** autem sit syllogismus artificia-  
lis perfectus: videtur quod sic. patet de barbari:  
evidens enim est particularis consequentis ex  
vniuersalibus premissis sequela.

**Secundum** fundamentum quod non est de  
essentia syllogismi. **Ad** quod declarandum as-  
sumo quod differentia est inter definitionem et de-  
scriptionem. quoniam definitio per principia  
rei intrinseca componitur: si quid enim non co-  
stitutum est: ipsam non definit: sed describitur ha-  
bet. sed descriptio ex genere et passione aut mo-  
do essendi definitio proprio dari habet: an au-  
tem oratio per correlatum explicans quid est  
res: sit definitio vel descriptio appellanda præ-  
sentis non est speculationis. **Cum** igitur de-  
scribendum est aliquid per propriam passionem  
non debet passio illa conuenire descriptio per  
alterum: sed per ipsum. Sed passiones toti at-  
tribute ratione partis eius integralis non toti  
per se attribuntur. in hoc enim partes essen-  
tiales ab integralibus distinguuntur. quoniam par-  
tes essentielles passionum toti per se conueni-  
entiam sunt causa: quod proprie passiones a propriis sub-  
iecti principijs effluunt: sed non sic est de pro-  
prietaribus toti attributis ratione partis inte-  
gralis. in principio enim quoniam physicorum di-  
xit philosophus motum attributum: non toti ratione  
partis integralis: non illi toti mobili per se at-  
tribuit. **Cum** autem demonstratio describat per  
facere scire primo posteriorum textu dicitur quod  
si ideo hec virtus non est demonstratio attribue-  
da ratione partis integralis: sed per se illi attri-  
buenda est. aliter diffinitio Aristotelis non  
esset bona: ideo demonstratio est due premissis: quod  
conclusionem inferunt: et notificant: et consequenter  
conclusio non est de essentia demonstrationis  
sic quod demonstrationem componat idque pars:  
**Idem** argumentum est de diffinitione scire. s.

per demonstrationem intelligere. si enim conclusio esset de essenda demonstrationis: tunc scire esset per partem demonstrationis intelligere. Ad si scire esset per demonstrationes intelligere: hoc esset ratione alterius scilicet partis demonstrationis integralis. i. antecedentis. Idem est argumentum de diffinitione scire posita. sexto etiam eorum capitulo quarto scilicet habibus demonstrationis seu demonstratione acquisitis. Idem est argumentum de diffinitione syllogismi. quoniam ipsam syllogismum diffinit Aristoteles per esse conclusionis illatiuum. Ideo per seipsum syllogismus est conclusionis illatiuus: non autem per partem suam. et hoc voluit philosophus primo priorum capitulo primo. et secundo priorum capitulo primo. et primo topicorum capitulo primo. Sans enim errando deuiaret Aristoteles a suis regulis vniuersalis priorum posteriorum traditis cum proprietatem syllogismo convenientem per alterum scilicet ratione partis et repugnantem non per se non attribueret. et preterea cum nunquam multiplex distinxisset. i. syllogismum aliquando capi pro duabus. aliquando vero pro tribus propositionibus: Quod ostendit illis tribus propositionibus repugnet esse illatiuum conclusionis: patet quia syllogismus commune est et demonstrationi et dialectico syllogismo. quorum est facere consequens cui dedit: contra quos est fallacia petitionis principii: peteretur enim principium si assumeretur conclusio ad ipsam inferendam et patet. Idem est argumentum de diffinitione argumentationis que est ratio rei dubie faciens fidem: nullus enim rationem dicit reddens dicitur assummu cuius fidem facit. sed aliunde inquit euidenciam. Istam sententiam habet Averrois primo priorum capitulo primo dicens omnis syllogismus componitur ex duabus propositionibus et non pluribus neque paucioribus: et primo priorum capitulo vigesimo. dixit consequentiam conclusionis esse ex syllogismo. Idem Averrois secundo priorum capitulo quarto. dum ostenderet in tertia figura ex falso sequi verum. dixit non sequitur quando auferatur syllogismus ut auferatur conclusio et exponit. i. cum sunt false propositiones. oportet igitur intelligere syllogismus. i. antecedens philosophus et primo priorum capitulo. 19. docet demere aut addere in propositionibus do-

nec veniat ad duas propositiones. ubi parum supra dixerat: primum oportet tenere duas propositiones accipere syllogismi. Idem capitulo. xxx. sed manifestum est duas propositiones. et capitulo. xxxi. Quare manifestum quoniam ois demonstratio et ois syllogismus erit per tres terminos tantum. hoc autem manifestum palam quoniam ex duabus propositionibus et non pluribus. et parum infra manifestum igitur est quoniam in qua oratione non pares sunt propositiones per quas conclusio fit principalis: hec oratio non syllogistica est. et parum infra erit omnis syllogismus ex propositionibus quidem perfectis ex terminis aut habitudinibus. Et primo posteriorum Averrois commento. 34. quoniam syllogismus qui est ex duabus propositionibus probabilibus qui est syllogismus topicus non conditio natus in propositionibus: nisi ut sint famose tantum et. et primo posteriorum philosophus capitulo. 3. ex duabus aut propositionibus primis et minimis conigit sic quidem syllogizare. idem Averrois ibi commento sexto. De illo igitur eodem syllogismo de quo philosophus primo priorum dixerat esse illatiuum conclusionis ad conclusionem naturalem aduertendo: dicit secundo priorum esse illatiuum pluri conclusionum: indifferenter considerando consequentia naturalia et artificialia. Dico igitur quod barba comparatur ad ra est syllogismus naturalis. sed comparatus ad subalternam illi est artificialis et nominatur barbari. et quanto magis cum comparatur ad conuertentem subalternam et nominatur barbaris sed contra dicitur baralip. quod si voluerint per accidens conuertendi esse particularem in vniuersalem error est. quia vniuersalis conclusio de barbaris est que per accidens conuertenda est in particularem vel indefinitam. consequentie. n. male pro regula dis syllogismi nihil sunt. sed ab vniuersali ad particularem subalternam: et a particulari ad conuertentem eius simpliciter consequentia valet. non autem a particulari ad vniuersalem valet. Prima igitur conclusionem modus ille immediate et naturaliter infert: alia vero duas mediate et artificialiter: et sic tres conclusiones infert barba: non tamen barbari: quia non sunt tres propositiones illatiuum syllogisticum: ut in principio petebamus: neque tres propositiones dici possunt combinatio sed continatio et. Celar autem conclusio quattuor conclusiones vniuersalem negativam nam

raliter: et dicitur celeriter artificialiter vero  
subalternatam illi et dicitur celeriter: et conuer  
sam simpliciter vniuersalem: et dicitur  
celatice: et subalternatam: et dicitur  
celatice. Dicitur celeriter vniuersalem na  
turaliter et dicitur artificialiter vero. s. conuer  
sam artificialiter et dicitur vniuersalem. sed feri  
vnam tantum. s. particularem negatiuam: et dicitur  
ferio. q. particularis negatiua non est conuer  
sibilis: neq. etiam h. in se inclusam: nisi conuersio  
nibus vtatur de inconueto modo loquendi:  
sed de Aristotelicis conuersionibus conueni  
mur. in conuersione cuius p. p. p. p. non solent  
termini. Ex quo p. q. plures modos argue  
di et bonos cognouit Aristoteles q. illi enu  
res qui Aristoteli tantum quattuor naturales  
modos prime figure enumerari quinque alios i  
directe includentes addere viderunt. s. barali  
p. celatice vniuersalis: et alios duos omnibus tribus  
figuris coes: imo q. illi vnde aduenerunt:  
quia naturalibus tantum recitatis primo prio  
rum: vniuersalizant Aristoteles intellectum  
in secundo priorum ad conclusiones tam natu  
rales q. artificiales: vt se non fuisse insufficie  
ntem in enumerandis vtilibus combinationibus:  
sed prudentissimum electorem ostenderet. q.  
conclusiones post primam sunt mediate sequen  
tes et quasi per accidens. vt secundo prioru ca.  
primo dixit Aristoteles. Ex his potest vtilis  
combinationes prime figure esse decem: qui  
bus additis duobus quos Aristoteles dixit  
esse communes tribus figuris. s. sapelmo et frise  
som: duodecim erunt combinationes vtilis. qui  
bus vtilis ad enumerandas combinationes vti  
les etiam figurarum facilius poterit addi.  
Ideo ab eorum enumeratione supersedemus. Quod  
si de inconueto modo loquendi conuersione vt vo  
lueris. quinque alios arguedi modos vtilis pre  
dictis adianges. Quia conclusio ferio sapelmo  
et frise som illo modo conueri potest: similiter co  
clusio celeriter et celatice. Tertio accipien  
dam q. potestates syllogismi sunt sex: de qui  
bus s. prioru Aristoteles quartu prima e. pos  
se concludere plura. de alijs partibus non loq  
mur in presenti. Plura esse concludere tripliciter  
feri potest primo p. conuersione conclusionis vel sum  
modo subalternata conclusionis: non curado an illa  
sit particularis vel infinita: singulariter sub indefini  
ta comprehendendo: quia non diffinitur indefinito p.

habere subiectum coe: sed p. p. p. p. b. sub  
lecto non determinato signo vli vel particulari.

¶ Secundo sumedo in latius parte cum sub me  
dio distributo plures minores extremitates ac  
cipiantur. ¶ Tertio in post assumedo: et hoc  
fit capiendo plures minores extremitates sub  
minori extremitate distributa. ¶ Et quo legi  
t q. vbi dicitur p. p. p. non potest: et vbi mediu non distri  
buitur: neq. minor extremitas: non conuenit plu  
ra sillogizare. ¶ Sed q. parum enue dicitur  
q. feri tantu vna conclusionem infert: et tamen in ip  
so mediu distribuitur. ¶ Dicitur q. primo mo  
plura concludendo manet vnus sillogismus re: s.  
rone variatur: q. vtraq. p. p. p. manet: q. reat  
sunt sillogismi: s. ad qua p. p. p. variatur:  
io rone sillogismi va. iam. s. si nati ad artificiali: imo  
si ad d. non ide sequitur p. p. p. d. bono i ma  
lu variatur: s. non deberet dici absolute malus  
s. respectu illius conclusionis: q. sillogismus ille d. e.  
illa non concludit s. alia: non esset igitur bonus sillogismus  
ad illa d. e. s. est bonus. ¶ Ex quo sequitur  
q. iste differentie sillogismi. s. artificialis et nati sunt ex  
trinsece sillogismo et non intrinsece: sumptis. s. p. p. p. p.  
conclusionem ad qua sillogismus comparatur: q. e. extrinsece  
sillogismo. ¶ Sed s. quare in enumerandis istis mo  
dis bene notantur tres iste vt barbara q. d. istis  
sillogismis loquimur vt naturales sunt: io o. eorum co  
clusionem specificare: q. illa e. respectu cuius p.  
misse dicitur nati sillogismus aut non. io non enumerant  
tres vocales: vt tres p. p. p. q. bus ille tres  
vocales considerantur sunt d. essentia sillogismi: s. tertia e.  
respectu cuius sillogismus e. natus. ¶ Secundo autem  
modo plura concludendo manet maior tantum.  
Sed tertio modo manet conclusio tantum assu  
menda pro maiori in s. sillogismo. io intelligimus mi  
nore extremitate distributa in d. e. et sic p. p. p. p.  
nitar ipsam fuisse distributa in minore p. p. p. p.  
tione. io dixit commentator s. prioru capite prio  
q. his duobus vltimis modis vnus et idem  
sillogismus. s. s. m. computationem et non s. m. veritatem  
plura concludit. quia in rei veritate e. alius et  
alius sillogismus. quia facta est variatio in his q. de  
essentia sillogismi sunt. s. in premissis. Harum tamen  
variationum tertia est maior q. secunda v. s.

¶ Quantum ad s. m. articulum sic conclusio respō  
sive q. d. e. alijs sillogismis vnus et idem manet po  
test plura concludere p. p. de modis vtilibus pri  
me figure qui includant. s. vlt. particulariter de  
recte et indirecte. p. p. etiam alii q. conuersio: in

totus sumptio: et post sumptio sunt plurius conclusio-  
 nis esse. Est autem sumptio vel sumptio vel per accidens:  
 et in latius sumptio est exceptio duarum  
 minorum extremorum sub medio distributo:  
 ut sub alio homo et equus. Et post sumptio est ac-  
 ceptio alterius minoris extremi contenti sub  
 primo minorum extremo: ut sub homine sores.  
**C**orrelativum primum non omnis syllogis-  
 mus potest plura concludere conversive quia  
 non omnis conclusio est convertibilis. Corre-  
 lativum secundum non omnis syllogismus po-  
 test plura concludere sumendo in latius quia non  
 semper medium distribuitur. Correlativum ter-  
 tium non omnis syllogismus potest plura con-  
 cludere in post assumendo quia non semper mi-  
 norum extremas distribuitur in conclusione.  
**Q**uamvis ad tertium articulum dubitatur  
 quomodo potest unus syllogismus plura con-  
 cludere: quia conclusio sit de essentia syllogis-  
 mi: quia ipsa ingreditur definitionem eius.  
**R**espondeo conclusionem esse de essentia  
 syllogismi dupliciter intelligitur primo quia con-  
 clusio sit pars syllogismi aut causa aut princi-  
 pium eius: et in hoc sensu negatum est conclu-  
 sionem esse de essentia syllogismi. Alio modo  
 intelligitur quia conclusio sit pars definitionis syl-  
 logismi: et in hoc sensu verum est conclusionem  
 esse de essentia syllogismi. Syllogismus enim est illa  
 ratio conclusiva et conclusio est inferibilis per syl-  
 logismum unum aut correlativum distinguuntur per al-  
 terum voluit Aristoteles in 6. topicorum capitulo. 5.  
**S**ecundum dubium quia videtur quod divisio syllogis-  
 mi per naturalem et artificialem sit essentialis quia natura et  
 ars essentialiter distinguuntur. **R**espondeo ne-  
 gando conclusionem nos. n. syllogismos omnes facimus  
 naturales cum concludunt illam conclusionem quam  
 anima nostra ex natura sua est apta elicere. cum ve-  
 ro concludunt aliam: illos vocamus artificiales.  
 quia concludunt conclusionem quam anima nostra non est  
 per naturam apta elicere. sed elicit illam aliquo dis-  
 cursu adinventi ut a conversis ad convertentem. aut  
 a subalternante ad subalternatam etc. dicendum  
 igitur quod admodum conclusio aliquo modo est de es-  
 sentia syllogismi: ita et divisio illa aliquo modo est  
 essentialis sed divisio per affirmativum et negati-  
 vum ipsius syllogismi essentialis est proprie.  
 quia per naturam premissarum est: si enim ambe affir-  
 mativae sunt: syllogismus est affirmativus: si aut

altera eorum sit negativae: negativus. Sed di-  
 visio syllogismi per universale et particulare acci-  
 dentalis est secundum extrinsecam quia sumitur ex natu-  
 ra conclusionis: quia si contingat esse  
 particularem: tunc est syllogismus: si aut  
 universale: tunc est syllogismus: non enim ex natura  
 premissarum accipienda est haec divisio: quia statim  
 quia premissarum existente universali particula-  
 rem esse syllogismum: ut darapti inter natura-  
 les: et baralip et selapton inter artificiales. Ex  
 hoc patet quod penes aliam dicenda est universa-  
 lis demonstratio quod syllogismus universalis. quia  
 cum tres termini demonstrationis concurrant.  
 eam universalem appellant: cum vero non per  
 particularem. et sic stat syllogismus universalis esse de-  
 monstrationem particularem. et demonstrationem  
 universalem esse syllogismum particularem. quod est  
 admodum stat aliquam demonstrationem universalem  
 esse esse syllogismum universalem: et aliquam demo-  
 strationem particularem esse syllogismum parti-  
 cularem. **T**ertium dubium quia non videtur syllo-  
 gismum posse plura concludere quia ipse esset qui  
 discurret. **R**espondeo negando consequen-  
 tiam quia potentia syllogismi est syllogismus ipse  
 qui est discursus sed non discurrens. sed anime  
 aut hominis est opus discurrere. **Q**uamvis  
 dubium eadem ratione qua syllogismus est ante-  
 cedens: tunc erit ens: et copulativa erit una per  
 copulativa: similiter et distinctiva erit una per  
 eius. que inconvenientia sunt. **R**atio admissio co-  
 muni modo loquendi quod tunc sit propositio rationalis  
 propositio ex antecedente et sequente tunc nego quod  
 syllogismus sit tunc sed certa tunc est totum ad syllogismum. et  
 syllogismus est pars tunc: totum intelligo non velle sed integrale  
 similiter admissio comuni modo loquendi de copulativa et  
 distinctiva quod ipse sint propositio propositio ex categori-  
 cis conclusio per notam copulativam vel distinctivam  
 negat tunc argumentum: pro autem quod conclusio unus loquens  
 di non accipit syllogismum nisi per orationem aptam inferre:  
 sed hoc intelligimus de ente: non autem de propositio cop-  
 posita ex ente et tunc. et sic creditur quod tunc est su-  
 perius ad syllogismum. velle si intelligat tunc propositio  
 ad quam alterum refert: tunc superius est tunc ad syllogismum  
 et dicitur tunc cum ente. Et tunc sequitur aliqua  
 categorica est tunc: non tamen ipsas absolute accipi-  
 endo: sed respectu tunc quod ipse est apta inferre.  
 Sed haec pro nunc sunt satis.

Sint Deo laus gloria et honor.

**Alexandri Achillini bononiensis Questio  
de subiecto medicine.**

**Primum homo secundum quod esse  
sanabilis est sit subiectum me-  
dicine.**

**Respondendo erunt tres arti-  
culi. In primo soluetur questio**

**In secundo notabuntur quedam  
proposito villa. Tertio dubitationes ali-  
que soluentur.**

**Quantum igitur ad primum. pars que  
rationis affirmata conceditur. quia ipse est in  
illa scientia primo consideratum. patet conse-  
quentia ex diffinitione subiecti quam dedi in  
questione de subiecto physionomie et probatur  
antecegens ex proprietatibus ad subiectum  
consequen.ibus. quoniam homo partes ha-  
bet integrales esse medica regulabiles: Ideo  
ille et eorum passiones in medicina conside-  
rantur. et omnia alia que in medicina contem-  
platur: homini attribuantur: quia propter ip-  
sum speculantur. neque subiectum hoc medici-  
ne metas transcendit.**

**Quod si Gallenus primo epichurorum.  
effusio primo. aut Aulenus prima primi ca-  
pitulo de diffinitione medicine. aut Averrois  
primo colliget capitulo primo. Aut secundo  
philosophorum commento tertio. aut Heliodo-  
rus primo theoricis. aut Alexandrinus com-  
mentator libri sectorum. dixerunt: corpus hu-  
manum esse subiectum. intelligatur homo.**

**Quod si Galenum induxeris in libro de  
substantia virtutum naturalium volentem ho-  
minem subiecti propter animam intellectivam  
cuius substantiam medicus non cognoscit aut  
propter hominis virtutes: que ad scientiam  
moralem pertinent: non erit ad medicum.**

**Respondeo licet ibi dixerit Galenus.  
Apertissime enim oportet esse corpus susceptu-  
rum animas. non tamen propter hoc voluit cor-  
pus quod est altera pars hominis esse subiec-  
tum medicine: licet enim illud sit ratio prin-  
cipalis propter quam homo subicitur medici  
operationi: non tamen est id circa quod principa-  
liter versatur medici contemplatio: quia men-  
ditur medicus hominem conservare aut sanare:  
ut sibi solitas possit operationes producere.**

etiam nam philosophie medicine non subalterna-  
retur. quia subiectum philosophie est corpus ex se  
mobile: et hoc est naturalium: et non natura quia nulla  
natura est per se mobilis ideo nulla natura sub  
eo comprehensa est. est autem corpus hominis ma-  
teria ha: ideo natura est illius: et ideo sub corpo-  
re mobili quod subiectum est philosophie natura  
li non continetur. Ad rationes intellectus pre-  
supponitur in philosophia naturali considera-  
tus: ideo medico non est necessarium substan-  
tia aie quod sit cognoscere. ut recte testatur Gal-  
lenus in libro de substantia virtutum naturalium  
non enim ratio formalis considerandi hominem  
in medicina replicat secundum quod hoc est: sed secun-  
dum quod arte sanabile est. Virtutes autem mo-  
rales aut vitia a medico per accidens conside-  
rantur prout ad conservandam sanitatem. aut  
variandam faciunt: dixit enim Galenus pro  
de regimine sanitatis. Quod mores animi corru-  
pantur a malis consuetudinibus et cibis et po-  
tibus et gymnasiis et inspectionibus et audito-  
ribus. et mala musica. Quod oportet medicum  
qui debet custodire sanitatem studere ne mo-  
res animi corrumpantur: non ut philosophus  
ut conservet ipsius anime sanitatem: sed ut non  
facile in egritudinem deveniat corpus. Et se-  
cunda primi Avicenna capite. i. q. voluit ima-  
ginationes mutare complexionem. Quod  
si rectificanda sit sensus aut intellectus opera-  
tio: sufficit organum temperare aut instrumen-  
tum: dixit enim Galenus primo de ingenio  
sanitatis: si quis animam curare voluerit: oportet  
ut ante curet corpus. Quod si Avicenna  
sorus de honestis dixit corpus humanum ex-  
cedi a medicina propter multa alia que in me-  
dicina considerantur. Patet ipsum debuisse  
se discernere inter subiectum et subiecto attri-  
butum. non enim oportet omnia in scientia  
considerata sub subiecto contineri: quoniam ad  
modum neque principia sub subiecto sunt. ne-  
que passiones.

**Quantum ad secundum articulum. pri-  
mo noto differentiam. inter subiectum o-  
peris medici. et subiectum medicine. Quia  
medicina est scientia. et habens intellectus.  
Ideo subiectum eius est universale. quod  
est in anima. Sed operi medici subicitur sin-  
gulare: et non universale. Differunt igitur**



subiectum medicine et medici sicut reale et intentionale. et conueniunt sicut superius et inferius: quia subiectum scientie est predicabile de iudicando subiecto operi vel de pronome demonstrante ipsam. ¶ Quod si Aristoteles hoc priorum textu commentum .25. transfert opus circa inferius ad superius: propter quod accipitur superius non secundum eius esse intentionale: sed secundum illius esse reale. Sciendum hoc quod consideratum in scientia est triplex: per se primo: pro se hoc: et per accidens. per accidens considerata in medicina sunt motus valles sicut et hoc in quod apta sunt dispositionem hominis secundum quod omni sanabile est conseruare aut variare vel medici operationem: egritudine autem egritudine magna vel parua: est quod hoc vel per accidens consideratur. Galenus etiam prima technis intentioni medici circa causas sanas postposuit intentionem circa causas egras et neutras. Sed principia subiectum et proprietates eorum principaliter considerantur. proprietates autem sunt diuerabile curabile et medicinabile ita dixerunt. Intentioni. n. nomina subiciuntur: et non e contra: principia autem quia scientia est docens operari sunt duplicia. scilicet subiecti et operis: complexa et incompleta. principia subiecti incompleta formalia et finalia naturalia relinquuntur. similiter et efficiens remotum. Sed efficiens propinquum consideratur: oportet enim virtutem foetus formatiua medicum esse quando adiunare et. materialia etiam diuiduntur per propinquum et remotum: remotum ut materia prima naturali philosopho relinquatur contemplandum. elementa etiam philosophi sunt: iuxta sententiam Galeni in libro de substantia virtutum naturalia dicentis. Sine autem corporalibus substantiis totis per eas inuicem existentibus: sine qualitatibus solis complexionibus sunt neque necessarium alio cognoscere neque offero. patet autem quod elementis non formaliter in mixto remanentibus non oportet medicum elementa considerare. ¶ Avicenna autem de elementis determinans prima primi maluit ex philosophia libro suo aliquid inferere quod medicinam incomplete comprehendere. Ideo Galenus in libro de elementis loquens philosophus est. ¶ Humores autem membra et spiritus medico subsistentur. ¶ Operandi autem principia: que in specula

tiolis non queruntur: sunt medicine simplices vel composite aut res non naturales que ad inducendam sanitatem vel conseruandam saltem instrumentaliter operantur. Cognitionis autem principia incompleta sunt signa per que venanda est corporis dispositio naturalis aut aduentitia vulgarissima autem sunt principia complexa. Contraria contrariis curantur: et similibus conseruantur. ¶ Ex his patet quam longe a nostra sententia distet Aduersus ponens canonem pro subiecto predicationis in medicina. non enim subiectum querimus complexum: sed incomplectum: non de omnibus predicabile: sed particularibus subiectis et. cu. n. canon de homine non predicetur: non subiceretur homo medicine et.

¶ Sciendum tertio quod ratio formalis considerandi hominem in medicina scilicet secundum quod arte sanabile distinguens est medicinalis hominis considerationem ab ea quam habet metaphysicus ipsam considerans in quantum est ens vel substantia: et ab ea quam habet naturalis considerans hominem secundum quod est corpus mobile et in quantum ipse homo est. facit igitur ratio formalis considerandi subiectum quod ipsam non transcedit metas scientie cui subsistentur. Distinctionem medici et naturalis philosophi colligit a Galeno in libro de partibus artis medicine capitulo quarto.

¶ Sciendum quarto quod finis interior a medico est unus scilicet sanitas ut dixisse Avicenna dixit Galenus primo de ingenio sanitatis capitulo secundo: et in libro de optima heresi: et in introductorio medicorum. a fine igitur ratio formalis subiecti sumpta est: et licet dupliciter considerabilis sit sanitas uno modo secundum quod acquisibilis homini: alio modo secundum quod conseruabilis est in homine: tamen non sunt duo fines in medicina sed unus tantum scilicet sanitas: sunt tamen duo modi attingendi finem scilicet inducendo et conseruando.

¶ Quod si adducas Auerroem primo colligat capitulo primo. finis istius artis non est ad sanandam omnino: sed ad faciendum quod potest fieri.

¶ Ratio intelligit quod medicus non semper inducit sanitatem: quoniam circa egrum corpus operetur. Sunt ex materia egritudine dispositiones

aut egrum aut alterius circumstantie: sed istud non tollit quin sanitas sit finis medicine: et etiam medici. non enim tollitur nature intentio in p[ro]creando masculino: quavis femina aut monstrum aliquando vix valeat erigere imo natura aliquando vane operatur nullum erigendo finem. ¶ Quod si iterum adducas errorem ibi finis presentem sunt due species scilicet conservare sanitatem et removere egritudinem. et idem confirmes ex diffinitione medicine habita prima primi ab Avicenna. ¶ Respondeo intelligit duobus modis erigibilem esse sanitatem scilicet conservando et educendo. non enim aliud est sanitatis educio. quam egritudinis remotio: sunt enim sanitas et egritudo contraria immediata. ut Avicenna ibi. et generatio unius est alterius corruptio.

¶ Scendum quinto quod sanitas habet duplex esse: intentionale: et reale: sanitas in esse intentionali est regulans medicum in operando: sed sanitas in esse reali est quam optant infirmi: et quam debet medicus producere aut conservare in corpore: cum est ei possibile et convenienter.

¶ Ex quo sequitur quod sanabile quod est ratio formalis considerandi hominem in medicina dicitur duo sub distinctione scilicet sub sanitate conservabile vel ad sanitatem deducibile. et recte dicitur sanabile et non sanatum. quia sanatum est finis operis medici conservantis sanitatem aut eam producentis: non autem subiectum.

¶ Quod si dicas medicum operari circa ethicum tertie speciei confirmatum: qui non est sanabile: nisi forte egritudine logica de qua non est sermo ad propositum. ¶ Respondeo illud corpus est de reducibilibus ad subiectum medicine: sed non est subiectum in ea neque universale neque particulare: quemadmodum est corpus hominis mortuum est de reducibilibus ad subiectum medicine. pro quanto medicus intendit aliquando mundare ipsum a febribus et conservare ipsum a putredine. ¶ Non tamen ita per accidens consideratur a medico ethicus sicut corpus mortuum: quoniam medicus ethicum regere habet saltem. ut non tam cito ipsum mori contingat sicut fieret si non regularetur. et hoc appellat Avicenna decima tertio verificabile. ¶ Correlativum aliquid infra speciem specialissimam scilicet subiectum primum esse potest. concessi enim hominem secundum quod ars sanabile est. non com-

prehendere sub se ethicum tertie speciei. ¶ Quod si Galenus prima technis aut plusquam commentator ibi commento. 13. intelligit medicinam esse omnium sanorum egrorum vel neutrorum ars est de omnibus universaliter. Intelligo medicinam esse omnium hominum arte sanabilem: non autem est aut omnium hominum absolute. Quod si plusquam commentator infra speciem specialissimam descendit restringens sanum per esse a natura: patet quod plus restringit quam vult. quia est sanum per artem factum est arte regulabile et subiectum medico: voluit enim prima technis commento. 13. et tertia technis. commento 22. sana per artem facta non esse medico subiecta: sed ea esse terminos artis. quod si formaliter intelligatur: veritatem sapere detegatur. ¶ Ex hoc patet quod longe absumus ab opinione Avicenna senensis ponentis verificabile in ratione formali subiecti medicine. ¶ Quod si dicas quod sanum est ratio formalis subiecti butus scientie iuxta plusquam commentatores prima technis commento. 9. ¶ Respondeo quod non. quia medicina est scientia practica. et non speculativa: est autem sanum ratio formalis speculativa: eo quia non dicit operabilitatem a nobis: sed sanabile bene dicit operabile a nobis. Quod subiciuntur igitur operi medici egrum vel neutrum nisi ut sanabilia sunt in quibus educenda est sanitas in egritudine remouendo et in neutro lapsam videntem ad egrum prohibendo. et ad sanitatem ipsam reuocando. Similiter sanum non subicitur operi medici nisi ut in sanitate conservabile. ideo proportionabiliter dicendum est de subiecti scientie ratione scilicet quod ipsa sit sanabile. et non sanum. ¶ Quod si ex plusquam commentatore ibidem dicas quod subiectum medicine est sanum magis quam corpus vel homo ¶ Respondeo quod non quia nulla dispositio qua videtur artifex producere in subiecto vel conservare in eo est subiectum operi artificis. scilicet sanitas est dispositio qua intendit medicus causare in subiecto hominis vel conservare. ideo ipsa non se tenet ex parte subiecti operi. et consequenter non se tenet ex parte subiecti scientie practice. ¶ Excludit. 6. quod sanabile est duobus modis: arte natura: tunc homo ut sanabile natura tantum. consideratur a philosopho naturali. vnde plura in libro de sensu et sensato plura est in materia et infirmitate prima inveniuntur principia. sed homo ut sanabilis a natura adiuta per artem a medico consideratur. ¶ Ex hoc patet diminue assignatum esse sub-

lectum medicine e cōstituto differētia .6. r  
e Jacobo forliviensi: quia nō addiderunt sub  
lecto per artem. Colligitur sentētia ab Auer  
ro primo colligit capitulo primo in fine.  
¶ Sciendum septimo q̄ neutrabile r egrota  
bile nō cadunt in ratione formali subiecti. quia  
nō operatur medicus circa hominem vt in ip  
sum inducat egritudines vel neutralitatē: neq̄  
vt cōseruet harum aliquam dispositionum.  
¶ Quod si dixeris considerātur iste dispositio  
nes vt abiciantur. ¶ Licet responsio vera sit  
non tamen sufficit propositio. quia nullus ter  
minus a quo in transmutatione habet rationē  
finis illius transmutationis: sed illud quod p  
transmutationem est abiciendum est terminus  
a quo vel per se vel per accidens non curo: iō  
illud non habet rationem finis. ergo ab illo nō  
est ratio formalis subiecti summenda: sed a fi  
ne pura a sanitate. ¶ Et hoc apparet super  
fluitas Jacobi forliviensis r Argonis senen  
sis r multorum aliorum qui ponunt in ratione  
formali subiecti medicine egrotabile r sub neu  
tra dispositione ponibile. Iste enim dispositio  
nes quia aliquam cōtrarietatem habēt ad sub  
iectum: ad ipsum attribuuntur. ¶ Ex his ha  
betur possibile esse ymo necessarium passionē  
aliquis subiecti esse rationem formalem con  
siderandi illud: r presertim cum scientia subal  
ternatur alteri scientie subiectum illud quid di  
tative considerant. Sic autem est de medicina  
cui subicitur homo quem philosophus natura  
lis quidditative considerat r philosophia na  
turalis medicinam sibi subalternat: vt recte di  
xit plasquam commētor prima technis com  
mento .20. ¶ Quod si dixeris illud est subiec  
tum scientie quod pro differentia intrat diffini  
tionem scientie: sed medicine diffinitionem in  
trans sanum egrum r neutrum. vt patet ex Sa  
leno prima technis r ex Auicēna prima pri  
mi. ¶ Respondeo circūscribant nobis ille p  
ticule hominem ip̄s vt arte sanabilem: ipsum  
enim oportet esse aut sanum aut egrum aut neu  
trum si neutram ponendam censueris: r quia  
materialia hec sunt in subiecto: ideo diffinitio.  
Auicēne superaddens rationes eorum forma  
lem considerandi. Latior est r lotior. ¶ De  
subiectis aut librorum vt technis aut afforismo  
rum aut primi auicēne non multum curamus.  
q̄ in parte scribitis e d q̄ voluerit disputat.

sed scientie ipse ex sui natura subiectum exigūt  
eis determinatum.

¶ Quantum ad tertium articulum dubia que  
dam sulcanda sunt primum est questio quam  
monet Galenus in libro de constitutione ar  
tis medicatiue an medicina sit speculatiua.

¶ Ad quam ipse Respondendo artes distin  
guit. quoniam quedam est solum speculatiua.  
vt arithmetica r astrologia r philosophia: que  
dam vero est practica tantum: quia ostendit op̄s  
non tamē cum cessat ab opere vt coctaria. que  
dam econuerso ostendunt opus vt edificatiua  
quedam autem nihil faciunt sed acquirere faci  
unt aliquid vt venatoria. Tunc dicit medicinā  
esse de genere factiuarum ostendit tamen  
opus cum nō operatur. hec ex secundo capitulo  
primi libri. Ex tertio vero capitulo dicit eam  
potius factorum correctiuam q̄ factiuā vt re  
sarcinaria: quia nature est sanitatem facere: ar  
tis vero reparare. ex capitulo vndecimo r etiam  
capitulo vltimo. Aliq̄ autē artifex sibi exem  
plum plasmat vt pictoria: aliquando vero nō:  
medicina de secundis est: quia per anorbomiā  
certitudinaliter videt ipsam. differt autem a di  
ctis artibus: in eo q̄ plurima natura operatur:  
ipsa famulatur speculationem: tam vniuersam  
ex qua procedens medicus speculatiua r mi  
nistratiua est. capitulo vltimo. ¶ His au  
tem presuppositis resolendo dicamus: eē pra  
cticam vel sumitur a ratione formali subiecti. et  
sic medicina est practica. quia arte sanabile est a  
nobis operabile. Alio modo sumitur ab ob  
iecto complexo dictate de opere scilicet sic eē fa  
ciēdas vel nō: r sic medicina diuiditur per pra  
ticam r speculatiuam: quia conclusionū medi  
cinaliū alia dictas est de opere: alia non: di  
ctates de opere parte medicine practica comp  
henduntur vt flebotomandus est: calefaciēdus:  
frigefaciēdus r. non dictates vero speculati  
ue. vt genera februm sunt tria: complexionēs  
sunt. 9. vel quinq̄. febris est calor extraneus  
r. r tunc quia habitum aggregatio integram  
dat scientiam: tūc patet quomodo practicum et  
speculatiuam sunt partes medicine integres  
r nō subiectiue. sed practicum r speculatiuam  
vt ab obiecto scientie incompleto originem tra  
būt: sunt differentie diuidētes scientiam in par  
tes subiectiuas. ¶ Ali autem sunt differentie  
essentiales vel accidentales nō curō non.

**C**um autem subiectam partem medicine que theoretica est: a subiecto partem medicine: que practica est: distinguatur.

**D**icendum quod incomplexum subiectum non distinguitur: sed idem est in utraque et secundum materiam et secundum formam scilicet homo secundum quod esse sanabile. medicina enim una est scientia extrinsece ob unitate subiecti sui. **N**isi forte diceret quod homo arte sanabile secundum quod de ipso formabile sunt propositiones de opere dicentes subiectis practice. ipse vero secundum quod de ipso formabile sunt propositiones non dicentes de opere: subicitur theoretice: sed patet hanc esse distinctionem quam anima nostra fabricat. quod a scientiis realibus abiciendo est. **O**bjecta vero theoretica complexa ob objectis complexis practice distinguuntur: sunt enim conclusiones differentes. **E**x his autem concludamus alterius dubii solutionem scilicet medicina sit ars. **E**t dicamus quod capiendo artem ut dicit collectionem plurium preceptorum ad unam finem tendentium: sic medicina est ars neque ars sic accepta contra distinguitur scientie: sed quid compositus est ea. **S**ed utendo hoc nomine ars secundum quod eo utitur philosophus sexto ethycomum medicina non est ars. **E**rror enim fuit Jacobi forliviensis volentis sub scientia sexto ethycomum diffinita practice. comprehendendi. quia ipsa est habitus demonstratione acquisitus patet ibi capitulo quarto. **A**lius error fuit eiusdem putantis scientiam practice sub arte sexto ethycomum diffinita esse comprehendendam. cuius oppositum voluit philosophus ibi capitulo sexto dicens artem esse circa contingenda: sciendam vero esse impossibilem esse se habere etc. **A**verrois autem primo colligit et sexto et septimo. et primo canticorum voluit medicinam esse artem: **N**on ut ipsum exponit **A**rgo senensis scilicet large artem accipiendo: supra quem sensum intelligendi sunt **V**alen<sup>9</sup> et **H**ippocrates. quod ipsam voluit **A**verrois esse mechanicam artem et non scientiam dixit enim ipse primo de anima commento decimo septimo medicum esse artificem mechanicum. quem admodum eleganter dixit plin<sup>9</sup> commento primo prima tertius commento septimo.

**In** Deo gloria et honor.

**E**xplicite questiones de prima syllogismi potestate et de subiecto medicine. a **D**ominico grafico dno filio **L**audij **A**rbillini ambas ordinarias philosophie et medicine theouice publice docere. **E**dite et impse **L**o<sup>n</sup>onie typis **J**oannis **A**ntonij de **B**enedicis ciuis bononiensis Anno dñi. 1504.

**I**llustrissimo **J**oanne **B**entiuolo secundo reipublice **B**ononiensis habenas foeliciter moderante.

